

M. GEOR. CONRADI MAICCLERI
ELEGIA
AD M. IACOBVM FRISCHLINVM,
ENCOMII HVIVS AVCTOREM IAM

olim scripta, & propter defides pagellas ad calcem
huc inferta.

DV M mecum recolo, num tu Frischline Iacobe,
Fratre queas maior, vel minor esse, tuo?
Te superare illum potior sententia visa est:
Attamen ut liceat scribere pace tua.

EVRIALVS NISVM veluti certamine vicit,
Sic Fratrem superas culte Iacobe, tuum.

Hic illo melior cursu, hoc sed tardior ille,
Hic volat, hunc lentis ille subit pedibus.

Dum tamen extremo propè nunc in limine NISVS
EVRIALVM longis ante volat spacijs:
Infelix (neq; enim vestigia firma reliquit)
Fusus in immundâ fortè resedit humo.

Sic ergò EVRIALVS prostrati victor Amici
Insignem phaleris munere cepit equum.

Quamvis ille citus, quamvis hic tardior esset:
Par illibata nobile Amicitiae.

Sic studijs metam vos contendistis ad vnam,
Moliti cupido pectore laudis iter;

Ille quidem melior versu, ceu tute fatéris,
Et mage diuino præditus Ingenio.

Attamen in cursu medio, portuq; sub ipso,
Prò dolor è saxo concidit exanimis.

Sic